

positum est. Neque enim actiones ejusmodi sunt, ut hanc ad laudanda  
rum rerum studia animorum suorum propensionem ambiguè quis in-  
terpretari, aut in dubium revocare possit: sed illos optima spe, admo-  
dumque firma necti decet, futurum, ut ipso, ad quem omnia referunt,  
summo DEO opem ferente, hoc quasi merito vicissim omnia corporis atque  
animæ bona consequantur. Hoc scilicet probe consideravit vir exi-  
mius et omni laude cumulatus BARTHOLOMÆVS GYNT-  
TER senior et Senator olim patriæ nostræ charissimæ de Re-  
pub. Ecclesiæ et Scholæ optimè meritus. Neque verò considera-  
vit solum, quod ei fortassis cum multis commune esse potuit, sed et  
jam in quo propria ei laus debetur, accuratè præstitit. Cum enim  
excurso jam propè vitæ suæ spacio mortem sibi cum cæteris homin-  
bus communem esse cogitaret, recordatus officij boni patris, disponen-  
dum de bonis suis summo labore quæsitis, prius, quam discederet,